

πικρὸν, ab aptandis τῶν Φαρμάκων diuersis remediorum formis, in vtilem medendi scopum requisitis, appellitare cōsueuerunt. Quod ex ijs, quæ iam diligenti caussarum omnium recensione dicenda sunt, clariùs perspiciemus.



CAPVT II.

De Materia Chymia.

Nnotuit nomen, quod sciuisse primus est cognitionis gradus. Res ipsa iã per suas caussas expedienda venit. Cùm dictũ sit, de Chymia nos locuturos, quæ præparãdis remediorũ formis Therapeiæ ministrat, eorũdem materiam examinabimus, an discrimẽ sit aliquod inter veteres & novos Medicinæ architectos. Ea igitur generatim primò, quæ sit idonea recipiẽdæ medicamentorum formæ: tum quæ illius deligendæ industria sit, speciatim constituitur. Delectus tum substantiæ, tum accidentium, qualitatis, quantitatis, actionis, loci, temporis, idẽ ab am-
bobus

Delectus
materiæ
medicamẽ-